

Anonymous. Cantici Beatiss. Mariae Virginis quod Magnificat inscribitur, per universos octo tonos modulati . . . prima pars . . . Venezia, Angelo Gardano. 1586. Not listed in RISM.

Title:

CANTICI BEATISS. MARIAE VIRGINIS
 QVOD MAGNIFICAT INSCRIBITVR,
 PER VNIVERSOS OCTO TONOS MODVLATI.
 Ad vsum Ecclesiæ Sanctæ Barbaræ.
 PRIMA PARS.
 IN PRIMIS VERSIBVS PRO FESTIS DVPLICIBVS.
 Quatuor vocibus digesti, ac nunc primum in lucem editi. Addito in
 Oçtauo Tono versu. Gloria Patri. cum Sex vocibus.
 [Printer's mark]
 Venetijs Apud Angelum Gardanum.

M.D.LXXXVI.

Note to Readers:

ANGELVS GARDANVS | MVSICES STVDIOSIS | [orn.] |

Ne huiusmodi in Magnificat concentus, fubaſperi quodammodo auditorum videantur auribus; Regulas pri-|mum, quibus ipſi ſubiaceant, atque arcētentur, his puacis, explicare operapretium eſſe duxi: quarum ea pri-|ma erit; quod modulationes hę, cantum, quem firmum, ſeu Gregorianum appellare ſolent, apprimè, ac ex-|quiſitè conſec̄tantur; it aut ab huius ingenuę artis perito quolibet, facilè cuius Toni fit, in ſingulis ſemper | Magnificat, abſque alia inſcriptione, dignoſci poſſit; & ſicuti deinde omnis eò terminat verſus, quò etiam | cantus ipſe firmus ſonum relinquit; ſic adhuc, quę prima ad canendum ingreditur pars, principum ſemper | ab ipſamet cantus firmi linea deſumit; ac mediationem (ſit mediam toni moram Muſici vocant) ſuo ſem-|per retinet loco. At quia ſex in cantico modulandi ſemper adſunt verſus; & quatuor ibi tantum partes, quę | concinant reperiuntur, illud præcipuè ſeruatum eſt; vt varia ſemper pars, in locum canticum ſingulo, verſum aliquem ſemel inci-|piat, duobus ex illis ab hac lege ſolutis, quippe qui eundem rurfus circulum perficere nequeant. Quum verò quatuor, & pluribus | cantatur vocibus, Baſſus ſuo ſemper, ac proprio cadens cum fine terminat; at quum duę, vel tres tantum voces perſonant; ea, quę | magis ima eſt pars, Tenoris more cadens finem habet. |

Qui à primo verſu, ſcilicet Anima mea; in hac prima parte incipiunt; hi quippe qui pro feſtis duplicibus facti ſint, alijs, qui pro | ſemiduplicibus in ſecunda parte habentur longiores adſunt: Ducentum idcirco tempora, ſeu modos habet horum quilibet; omnesq; | hi, Verſum Anima mea, vno & vigniti demetiuntur modis: cæteros verò omnes ſeptem & triginta: dempto tamen Gloria Patri, qui | triginta & vno expletur temporibus, & eſt cum quinque vocibus; canone licet vario. Differunt autem verſus hi, ſcilicet Anima | mea, & Gloria Patri; temporum, ſeu modorum numero; eò quod etiam paucioribus conſerti

verbis, reliquis breuiores existant; qua-|re neq; vt ipsi regulis ceterorum coercerentur, visum est decere. |

Verum qui in secunda parte, ab altero versu, scilicet Et exultauit, incipiunt: quia pro festis semiduplicibus modulati sunt, bre-|uiiores etiam extant; continetque eorum quilibet, centum ac quinquaginta tempora, seu modos: Et quis non admodum verba in | quantitate distant, versuum singulus, ad quinque post viginti tempora euadit; primisq; versibus pro duplicibus sic respondent; quod | quando in his primis, duabus vocibus cantatum est; proximè in illis secundis pro semiduplicibus etiam duabus cantatur vocibus. | Quare quam in in primis Cantus, in secundis tacet Bassus; & quam in primis Altus, in secundis de hinc Tenor filet; it aut ad inuicem | Tenor, & Altus; & cum Bassus mutantur. Versus verò Sicut erat; Canonem non habet sicut Gloria Patri pro duplicibus; vt | fit magis isti effulgeant: Quintam tamen habet partem, quæ cantum firmum adamussim seruat. |

Elicitur ex Gloria Patri, in duplicibus; & Sicut erat, in semiduplicibus; quemadmodum ceteris versibus respondendum fit, quan-|do cantu firmo concinendum est; in his enim cantus firmus habetur expressus. |

Quia verò maximam semper varietas afferre solet delectationē; Auçtori id circo quum iuxta cōsuetudinem in his placuerit, dua-|bus quandoq; quandoq; [sic] tribus canenda vocibus apponere; exactiori studio per Canonem, quem tres in vnum appellant, semel in his | pro duplicibus, & semel rursus in illis pro semiduplicibus versum concinendum posuit: quod in Deposuit Tertij Toni, & in Sicut lo-|quutus ??? est, Quarti Toni contigit; at quia Versus hi arçtiori detenti regula, hirsuti forsan (liceat modo sic dicere) atque inconcinni, | quod in difficilioribus vt plurimum euenire solet, aliquibus videri poterant; ad explendas ideo illorum, qui non tam scientia delectan-|tur, dulciori aures sono, additus est rursus in iisdem, ea solutus ratione concentus. |

Additum est præterea in Vltimo Tono, qui huius primæ partis oçtauus est, Gloria Patri; in quo versu (quemadmodum & in Sicut | erat secundæ partis, de quo proximè loquemur) tanquam in vltimo, vsus quorundam, prolixioris cantus amplexus est; non vt à con-|suetudine pfallendi iuxta ritum Ecclesiæ sanctæ Barbaræ aliquo pacto diuerteretur; sed quia, huiusmodi cantus connexi norma, tan-|quam longior, huic versui non incongrua videbatur, qui alios & partium, & temporum numero superare deberet: Sex ergo canen-|dus vocibus iste conscriptus est, & reliquos vno tempore antecedit; quia cæteri, septimum atque trigesimum tantum includunt mo-|dum, hic verò, ad tempus Trigesimum oçtauum vsque produçtus est. |

Additum est insuper eidem Tono, & Sicut erat, oçto complexum vocibus; cui quam partes geminatae sint; geminata etiam, non | ab re, tributa sunt tempora; hinc est quod quum cæteri eiusdem oçtaui Toni, secundi versus, vigintiquinq; tantum compleçtantur tem-|pora; extenditur iste, vsque ad quinquaginta; vt si quis maiori vocum sonitu canticum complere velit; ex horum aliquo, maior illi | facultas detur; hocque magis vltimo, quàm alijs versibus conuenire iudicatum est; quia in his, quæ ad Musicen pertinent; ea semper | que postremo imprimuntur loco, maiori constant in suo genere, partiū, seu vocū numero quā cætera, que primas in libris obtinent sedet. |

Si quis tandem, huius non exiguo studio lucubrati operis, quum minime præscriptum videatur, Auûtoris nomen (vt moris est) cu-|riofius exquirat; illud facillimè ex se cognoscere poterit, dummodo inspicere velit, ad cuius Ecclesię vsum, hæc omnia, & conscripta, | & promulganda Typis tradita sint. |

Index:

INDEX.

Primi Toni.

Secundi Toni.

Tertij Toni.

Quarti Toni.

Quinti Toni.

Sexti Toni.

Septimi Toni.

Oûtaui Toni.

Contents:

Magnificat Anima mea	Primi Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Secundi Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Tertij Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Quarti Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Quinti Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Sexti Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Septimi Toni	[odd verses]
Magnificat Anima mea	Oûtaui Toni	[odd verses]

Part-books:

CANTVS	A-D ⁴	32pp. Dedication. Note to Readers. Index.
TENOR	E-H ⁴	32pp. Dedication. Note to Readers. Index.
ALTVS	I-M ⁴	32pp. Dedication. Note to Readers. Index.
BASSVS	N-Q ⁴	32pp. Dedication. Note to Readers. Index.

Remarks:

Oblong quarto format. Intonations in Tenor part-book. Settings of odd verses only. Combines with pars secunda to provide complete settings of all Magnificats. Anonymous composer likely Guglielmo Gonzaga. Copy consulted: **D-Kl** (microfilm). Not listed in RISM.